

*Ariciae (XIV 2165 vidi ipse). — 1) Idem est qui posuit titulos supra N. 803. 1281. 1282. — 2) Similiter tertio ex praefecto urbis appellatur hic Faustus in Gestis senatus urbis Romae de recipiendo codice Theodosiano (a. 438). Primum praefectus urbi fuerat ante a. 424 (C. VI 1676), iterum a. 425 (cf. supra N. 803). — 3) Significatur Faustum ad unam alteramve praefecturam urbis iudiciis imperatorum ultriusque imperii esse promotum (cf. Mommsen *Neues Archiv f. ält. d. Gesch.* 14 p. 243 not.). — 4) Praefectura praetoriana fungebatur a. 438, testibus Gestis supra (not. 2) laudatis; ceterum hic titulus positus sit necesse est ante kal. Ian. 438, quo Faustus consul ordinarius processit. — Ad eundem Faustum, iudice Rossio (bull. di arch. crist. ser. IV a. 6, 1888/9 p. 121) spectant fragmenta epitaphii cuiusdam metricti nuper reperta.*

1284 Fl. Olbi Auxenti Drauc[i]. | Fl. Olbio Auxentio Drauco v. c. et inl., patriciae familiae | viro, senatus munis prompta devotione perfuncto, | comiti ordinis primi et vicario urbis Romae, comiti | sacri consistorii, praefecto urbis Romae¹, ob egregia | eius administrationum merita, quae integritate, | censura et moderatione ita viguerunt, ut sublimissimae potestatis reverentiam honorifica eius aucto ritas custodiret et humanitatem amabilis censura | servaret, petitu senatus amplissimi, qui est iustus | arbiter dignitatum, excellentibus et magnificis | viris legatione mandata, ut imperatorum dignitas cresceret, quae paribus studiis amore iustitiae et providentiae desiderabantur, dd. nn. FFII. | Theodosius et Placidus Valentinianus invicti | ac triumfatores principes semper Augusti | ad remunerationem titulosque virtutum, quib. | circa rem publicam eximia semper probitas | invitatur, statuam auro fulgentem erigi | conlocarique iusserunt.

Romae rep. prope forum Traiani (VI 1725 descr. de Rossi). — 1) Praefectus urbi fuit Auxentius quidam, ab hoc via diversus, a. 441 (Nov. Valentiniani tertii 8, 2), praefectus urbi iterum a. 445 (ib. 45, 1).

1285 Rufius Praetextatus¹ | Postumianus v. c., filius | magnifici viri Mariniani² | praefecti praetorio | et consulis ordinarii³, | quaestor candidatus, | praetor urbanus, tribunus | et notarius praetorianus, | praefectus urbi secundo, | consul ordinarius⁴, quos | tantos ac tales honores | primo aetatis suae flore | promeruit.

Romae (VI 1761 vedit Henzen). — 1) Haec verba scalpro deleta (nescio qua de causa), sed tamen leguntur. — 2) Flavius Avitus Marinianus, teste titulo ap. de Rossi inscr. chr. I n. 655. — 3) A. 425. — 4) A. 448.

1286 Iun. Bassus v. c. qui vixit annis XLII men. II, in ipsa praefectura urbi neofitus iit ad deum, VIII kal. Sept. Eusebio et Ypatio coss.¹

Romae rep. a. 1595 ad sepulcrum Petri apostoli, est in cryptis basilicae S. Petri, sarcophagus ornatus variis rebus petitis ex vetere novoque testamento (de Rossi inscr. chr. I 441). — 1) A. 559. Bassum, paullo postquam praefectus urbis factus eset, decessisse narrat Ammianus 47, 41, 5 sub a. 558.

1287 depositus Constantius v. c. ex proconsule Africae die prid. no[n]. Iul. post cons. d. n. Gra[tiani] Aug. III et E[quiti] v. c.¹